Si fuerit in domo sua erit miles, et vaniloquus et erit geometer, et frequentes ... habebit multam honorem et erit maritus. ~~ab alio loco~~ Si fuerit in ariete, et non aspexerit eum fortuna. Et si fuerit in scorpione non habebit timorem, et erit dives, quaecumque opera vult a manu eius sequentur, et melius si fuerit in nocte natus et si fuerit in die malus et malo liquescit.

Si fuerit in domo Solis infirmitatem habebit a multo calore, sed erit fortunatus, et habebit timorem de vulnere, et morsionis subita erit, et videbit et pater eius similiter in senectute ipsius.

Si fuerit in domo veneris erit fornicator, et cum proximis suis fornicabit. et erit quasi sodomita, accipiet uxorem de illis, cum quib. fornicabit. et inveniet malum à mulieribus. Et si fuerit in libra habebit timorem et à ferro, et ab igne, et in occultis locis, Et si fuerit in Tauro erit multorum puerorum et malus pro fornicatione.

Si fuerit in domo Mercurij erit sapiens, et scivus, et inveniet mala ex operibus quae non vult; Et habebit multam substantiam et multum ambulans erit, et inveniet damnum in itineribus. Et erit Astronomus, et scriptor & Philosophus, et scitt liberare alias à propriis. et erit quando habebit parvam substantiam, et lucrum eius et vita ex furto, et mala opera ex maiore parte erunt.

Si fuerit in domo lunae, serviet Principibus et patiet. multa mala, et eius infirmitas erit diuturna in ventre, et in occulto loco, et infirmitas matris eius prolongabitur, et damnum magnum habebit vel dabit, et habebit timorem à subita morte.

Caput 4um de significatione solis in sua et aliorum domo.

Sol si fuerit in domo Saturni, est bonum ipsius, et patris eius et si fuerit in die erit magnorum operum, et erit apta faciei, vel balbus, et irrisor, vel sabathavius, et omnia opera exeunt à manibus eius. Et si fuerit in nocte erit in malum patris eius, et habebit parvam substantiam, et cito irascetur, et erit in operibus instabilis et de uno in aliud mutabitur.

Si fuerit in domo Iovis, erit in bonitatem eius, et exaltationem habebit bona opera et sapientiam et miscebit cum Principibus, et stabit super opera mundana et perducet ea in bonum, et erit bonus homo, sed suspectus in domo sua cum proximis suis. Et si fuerit in die miscebit cum Principibus, et faciet malitiam, et erit cum uxore patris sui et cum uxorib. proximorum suorum.

Si fuerit in domo martis, quasi interditionem patris et matris eius erit et inveniet mala à feris, aut ab igne et habebit timorem à subita morte et à morte in senectute et habebit dolorem in visceribus et in epate, si fuerit in Scorpione; Et si fuerit in Ariete erit in exaltatione et fortuna, et honore eius in omni vita sua, si fuerit in die, et si fuerit in nocte, haec erunt minora.

Si fuerit in domo sua, et fuerit in angulo, aut in succedentibus, erit magis admiratus quam comes, et erit dives, et longa vita, et fortis, et lucrabit magnam substantiam à Civitatib. et villis. Et si fuerit in nocte erit in stultitiam eius, et patris eius, in separatione eius à patre, et matre sua in peregrinatione.

Si fuerit in domo Veneris, habebit bona à mulierib. et fortuna eius erit à mulierib., et aperiet cor suum in confusis operib. et erit indicator somniorum, et erit manifestus, et cognitus pro socijs quos novit et erit exercitus in bonis operib. et peregrinationib.

Si fuerit in domo mercurij erit Astronomus, et habebit multos equos et erit scius, et fortunatus, et erit boni ingenij et memoriae melioris, et amabit scandala et si fuerit in die erit melius. et si fuerit in nocte habebit impedimentum, vel molestiam à phlegmate, vel cholera

Si

Si fuerit in domo lunæ erit in lætitiam, et stultitiam navi, et in paucum et breve eius, et erit malus operator. In ... cum fuerit magis lucrabit: substantia, et habebit dolorem in stomacho et in occultis locis, et miscebitur cum incantatoribus, vel coniuratorib., et ijs qui scribunt brevia ad curandum infirmos.

CAPVT V. DE SIGNIFICATIONE Veneris.

Venus si fuerit in domo Saturni, malum eius erit ex acceptatione mulierum, et amabit concubitum secularium, et contemporaneas mulieres, et illo eventu mala de eo loquentur, et omnia eius opera perficient. et erit lætus. Et si fuerit in nocte operabitur malas augmentis, vel coniugia, et ex illo eventu inveniet mala, et impedimenta, et videbit mortem uxorum suarum.

Si fuerit in domo Iovis erit in bonitatem et fortunam, et exaltationem eius, et maior eius substantia à mulierib., aut ab opere aliquo muliebri erit, aut ab opere, quod facit per mulieres; Sicut si fuerit hospitij custos, aut administrator, vel Procurator, et si fuerit in nocte, minus erit.

Si fuerit in domo Martis inveniet mala ab inimicis et scandala, et cum miscebitur cum inhonestis sclavis, et eius coniugium graviter ... et videbit uxorem suam ...

Si fuerit in domo Solis erit lætus, et habebit bonam vitam, et diliget inhonestas mulieres, et amabit gaudia et ludos, et homines loquentur mala de eo, et videbit maiori ex parte voluntates suas quas habet in corde.

Si fuerit in domo sua significat multa gaudia, amorem stultarum mulierum, unde malum habebit erit tamen in opib. suis fortunatus, et consequetur bonum.

Si fuerit in domo Mercurij, miscebitur cum maiorib. fidei, et servitutibus mulierib., et in operib. quæ assimilantur his, quæ coniunguntur mulieribus, sicut pictor, aut deaurator, aut similis, et diliget concubitum.

Si fuerit in domo lunæ, habebit amorem in malo coniugio mulierum, et in gaudio et ludis cantoris, vel desiderabili amore, et prævaricationis vel prave operationis opus habebit.

CAPVT SEXTVM De significatione Mercurij.

Mercurius si fuerit in domo Saturni, erit sapiens in omnib. opib. et inventor cantionum, vel laudum, aut erit Astronomus, aut Medicus, aut erit infortunatus in lucrando subitum, et lingua eius gravis, et miscebit hominib. bonæ credulitatis, et erit manifeste honestus.

Si fuerit in domo Iovis, miscebit cum Principib. et negotiatoribus, et habebit mandatum vel Præfecturam in Principum operibus et erit sapiens in Præfectura, Iudex in bona fide vel credulitate.

Si fuerit in domo Martis habebit bonum ... et erit siccus et habebit modicum lucrum, aut erit miles, et scribet chartas falsas sub nomine Iudicis, aut Principis et erit mendax et ex ... eventu inveniet mala.

Si fuerit in domo solis bonam conversationem, et bona opera habebit, et erit Astronomus et sciens in omnibus
operibus, et in omni die veniet scientia, et erit boni intellectus, et memoriæ, et erit inventor profundarum scientiarum et occultarum.

Si fuerit in domo Veneris, cor eius desiderabit coitus et pigebit, et bonam histrioniam vitam reddibit et habebit multos amicos, et quasi fiet et amabit joculariam, sicut et lyra et similia, et aliqua antiqua bene imitat., et amabit rationem numeri et rationem librorum.

Si fuerit in domo sua, erit iracundus, et avarus et tenaxis ira, et erit sciens bonum et generabit mercaturam, et erit inventor profundarum scientiarum et occultarum, et erit Astronomus.

Si fuerit in domo Lunæ, erit stultus, et multum peregrinabit, et instabilis, et erit domorum fabricator, et cito irascetur, et cito placabit, et miscebit cum maioribus fidei, et de maiori parte opera cum scientia faciet.

CAPUT VII. De significatione Lunæ in domo sua, vel aliorum.

Luna si fuerit in domo Saturni, erit malum nati et matris eius et habebit dolorem a ventositate et splene, et mala dicent de eo, et si fuerit minuta lumine, in carcere vel in vinculis dolorem de fis. et renib. et si fuerit in nocte deterius erit.

Si fuerit in domo Jovis significat magnitudinem, bonitatem, et fortunam nati, et erit manifestus in hac, et concumbet cum aliqua, vel aliquo quod non conveniet, et cum fornicatione, et ille vel illa de proximis suis, vel propinquis.

Si fuerit in domo Martis leve caput habebit in operibus, et inveniet mater eius mala, et erit avarus, et tenaxis ira, manebit in scandalis et bellis, et miscebitur cum militibus, et latronib., et in nocte pro maleambulantibus.

Si fuerit in domo Solis, significat felicitatem et bonam vitam nati, et miscebit cum principibus, et erit [illegible], et habebit dolorem in capite, et in stomacho, et erit fortius si fuerit in 3°. signi et erit qui habet parvam substantiam, et parvum lucrum.

Si fuerit in domo Veneris, significat dilectionem, et desiderat eius cor coitus, et coniugium eius cum gaudio transibit, et vita bene.

Si fuerit in domo Mercurij, habebit bonum sensum, et mundabitur, et erit in fide bonus, et desiderabit mulieres [illegible] et puellas, et erit sciens in operibus suis.

Si fuerit in domo sua magnum lucrum habebit, et erit cum honore, et miscebit cum Principib. et si fuerit in fortuna melius erit, si infortuna minus.

Caput VIII. De significatione Domini ascendentis in duodecim domib.

Cum fuerit Dominus ascendentis in ascendente, bonum erit, et si aspexerit Planeta in medio coeli, inveniet hæreditatem magnam et si fuerit in exaltatione sua a Principe.

Si fuerit Dominus ascendentis in 2°, veniet subito ad manus eius, et cum amico [illegible] et eo qui assimilatur signo in quo est.

Si fuerit in 3°. fratres eius maiores erunt ipso, et multum peregrinationem faciet, et si aspexerit fortuna
[illegible]

habebit bonam fidem, uel credulitatem, et erit fidelis; Et si aspexerit infortunium, erit infidelis.
Si fuerit in 4to amabit patrem, et matrem suam, et inueniet imped.^m uel litem à maioribus, et si fuerit dominus ascendentis in honore, uidebit à parentib. lucrum.
Si fuerit in quinta, pene in infamantia sua generabit filios, et habebit uirtutem ab euentu eorum.
Si fuerit in sexto in opibus, quasi seruis assimilabit., et in multa infirmitate erit.
Si fuerit in 7.° inueniet ex euentu mulierum, et ex aucupat.^ne multa bona.
Si fuerit in 8^uo. siguat bona in aliquo ex antiquis et ex hered.^te
Si fuerit in nono, erit bonus in fide, et in orone ad Deum, et in peregrinat.^ne multa erit, et in oi sua [illegible]
Si fuerit in decimo quaeret Principatum, et inueniet uictoriam in magnitud.^e et exaltat.^ne
Si fuerit in undecimo in inuent.^ne fidei et uictoria, et multis amicis florebit et habebit fortunã ab eis, et ipsi ab eo.
Si fuerit in duodecimo, habebit multos inimicos, et emulos, et eorum erit Dnator, uel superator, uel victor si fuerit ibi fortis et fortunatus, sin fuerit debilis, et infortunatus, dic contrarium.

Caput IX. de significat.^ne Dni secundi in duodecim domib.

Si fuerit Dnus 2^i in p^o lucrabit. ex opibus suis, et erit fortunatus et habebit subãm.
Si fuerit in 2°. siguat bonam uitam, et erit diues.
Si fuerit in 3°, erit contentio in ipsum, et fr̃es eius ex euentu substãã.
Si fuerit in 4to. habebit substãm à parentibus suis.
Si fuerit in 5°. habebit fortunam à filijs, et filij eius ab eo.
Si fuerit in 6.° habebit fortunam à quadrupedib. ac Sclauis, et expendet ex euentu infirmitates.
Si fuerit in 7.mo erit substãm lucratus à mulieribus et socijs et habebit lucrum à mulieribus.
Si fuerit in 8.^uo inueniet multam hered.^tem
Si fuerit in nono, lucrabit. à peregrinat.^ne et in loco, uel habitat.^ne sua non habebit lucrum.
Si in decimo, uita eius sustentabit. à Principibus et à seruitijs eorum.
Si in undecimo habebit fortunam ab amicis et amici ab eo.
Si in duodecimo erit pauper et grauia, uel mala opa faciet, & non faciet ea cito, et in opibus eius multa mendacia loquet. et erit impeditus non perficere quæ uult.

Caput X. De significat.^ne Dni 3^ij in 12. domib.

Si fuerit Dnus 3^ij in p^o., uidebit multa bona à fratribus, et erit fortunatus à fribus et propinquis et erit uagus, quia sæpe mutabit de loco in locum, de terra in terram.
Si fuerit in 2°. lucrabit. subãm in mutat.^ne de loco in locum, et ex euentu fratrum suorum et propinquorum.
Si in 3°. fr̃es eius erunt nõiati, ita ut ipse ad eos ueniat.
Si fuerit in 4to. siguat malum patris eius ex euentu fr̃um suorum.

Si fuerit in 5°. filij eius vocabuntur. nõie fiis eius, et fiis eius videbunt à filijs suis bona.
Si fuerit in 6.° signat malum ipsi, et fratribus eius.
Si fuerit in 7°. fiis eius accipient eius uxorem.
Si fuerit in 8.vo signat malum et mortem fiiu eius in diebus suis.
Si fuerit in nono uxor eius non sit de terra sua, et non de filiis suis, et certamente mulierum cadet in peregrinatione.
Si fuerit in x.mo habebit panios fiis, et propinquos, et erit vagus de loco in locum.
Si fuerit in undecimo, fiis eius erunt ipsi boni, et etiã fortunatus ex eventu eoz.
Si fuerit in 12, inter eum et fiis eius propinquosq' cadet inimicitia.

Caput xi. de significat.ne Dñi quarti in duodecim domibus.

Si fuerit Dñus quarti in ascendente, inveniet malum à Principib. et erit debilis vel malus.
Si fuerit in 2°. significat bonitatem patris eius et eventu ipsius.
Si fuerit in 3°. signat perd.nem vel dignitatem fratru eius cum subita potissimi.
Si fuerit in 4°. pater eius erit nominatus, et bonæ vitæ.
Si fuerit in quinto filij eius erunt sex, et inveniet divitias, vel impedimentum ex eventu eoz.
Si fuerit in 6. filij eius erunt quasi alieni, vel servi, et facient servitia servoz.
Si fuerit in 7.° signat bonitatem coniugij.
Si fuerit in octavo erit fortunatus in hereditatib. et in aliquo ex antiquis.
Si fuerit in nono, in peregrinatione morietur, et infirmitas eius ex maiori parte in occultis locis erit.
Si fuerit in x.mo signat claritatem patris eius, iuxta Reges, et in operib. Regum erit.
Si fuerit in undecimo, habebit bonitatem ab amicis.
Si fuerit in duodecimo, erit malum patris eius, et propinquoz.

Caput 12. de significat.ne Dñi quinti in duodecim domib.

Si fuerit Dominus quinti in ascendente, habebit fortunam à filijs, et ab amicis.
Si fuerit in 2° habebit fiis in peregrinatione et habebit lucrum à filijs suis.
Si fuerit in 3° à mulierib. habebit fortunam.
Si fuerit in 4°. Pater eius erit dives in subita, et longæ vitæ, et videbit filios filiorum suoz.
Si fuerit in 5°. filij eius bonitatem, et bonam vitam habebunt, et erunt noti.
Si fuerit in 6. filij eius habebunt multum languorem, et erunt debilis vitæ.
Si fuerit in 7.mo accipiet uxorem maiorem se, et habebit bonitatem, et multã substantiam.
Si fuerit in 8.vo filij eius morientur in diebus suis et inveniet quasi Principatum, et exaltationem
Si fuerit in nono filios non habebit in terra sua.
Si fuerit in x.mo filij eius multum languorem habebunt, et malos dies habebit, et non inveniet mala à Principib.
Si fuerit in xi. filij eius habebunt fortunam à Principib.
Si fuerit in duodecimo signat inimicitiam filiorum eius cum eo; et nunquam simul gaudebunt.

Caput xiij De significat.ne Dñi sexti in duodecim locis.

Si fuerit Dñus sexti in ascendente, erit infortunatus, et assimilabit' sclavis, et multos dies

diebus post proficiet, et habebit fortunam à sclauis, et quadrupedib.

Si fuerit in 2.° erit fortunatus in med[icina], et à sclauis et à quadrupedib.

Si fuerit in 3.° fr[atre]s eius aduersabunt ei, et desiderabit eius malum, et mortem alterius.

Si fuerit in quarto, pater eius erit obscurus.

Si fuerit in quinto significat malum filiorum, et seruorum eius.

Si fuerit in 6.° erit medicus, et sciens et cognoscet herbas.

Si fuerit in 7.° [illegible] eius à malis erit infortunatus.

Si fuerit in octauo, à sclauis non habebit fortunam.

Si fuerit in nono erit fortunatus in emptione quadrupedum, et habebit malam infirmitatem in peregrinat[io]ne.

Si fuerit in decimo medicum bonum et nouam malam habebit à Principib.

Si in undecimo erit pauper, et mala uita.

Si fuerit in duodecimo erit dolorosus in emptione quadrupedum, et sclauorum et nunquam delectabit[ur].

Caput 14. de significat[io]ne Dni 7.mi in duodecim locis.

Si fuerit Dominus 7.mi in ascendente, erit contentiones malorum, et melior in quibus mulierum.

Si in 2.° signat contentionem eius per rebus mulierum.

Si fuerit in 3.° signat inimicitiam eius cum fratribus suis.

Si fuerit in quarto inimicitiam eius cum patre et filiis.

Si in quinto inimicitiam eius cum filijs.

Si fuerit in 6.°, erit malum eius ex euentu mulier, et seruor.

Si fuerit in 7.mo signat bonitatem eius ex coniugio et cognit[io]ne uxorum eius.

Si fuerit in 8.uo accipiet uxorem, et morietur, et accipiet substantiam eius.

Si fuerit in 9.° accipiet uxorem à bona generat[io]ne, aut à genere Principum.

Si fuerit in decimo, accipiet uxorem fortunatam, et bona uita, et erit exaltata.

Si fuerit in undecimo, significat bonitatem eius ex coniugio et bonitatem uxorum eius.

Si fuerit in duodecimo, coniugium uel uxorem accipiet à malis uiris, et nunquam cum alio [illegible] habebit.

Caput XV. De significat[io]ne Domini octaui.

Si fuerit Dnus octaui in ascendente, erit debilis corporis et cordis.

Si fuerit Dnus octaui in 2.° inueniet substantiam ex hereditatibus.

Si fuerit in 3.° erit laetus ex euentu cognatorum.

Si fuerit in 4.° significat perditionem patris sui, et eius uilitatem.

Si fuerit in quinto, filij eius morientur.

Si fuerit in 6.° semper erit sanus.

Si fuerit in 7.mo hereditates mulierum comedet et uxores eius erunt ei damnum in peregrinat[io]ne.

Si fuerit in octauo, in corde erit ut lucretur substantiam et accipiet.

Si fuerit in nono idem.

Si fuerit in decimo, in infantia quando habebit potestatem super haec, et non habebit in illo tempore.

Si fuerit in undecimo erit cognitus et turpia, uel mala uerba operabit.

Si fuerit in duodecimo pauros inimicos habebit, sclaui eius interficient eum.

Caput XVI. de significat.ne Domini noni in duodecim locis.

Si fuerit Dominus in ascendente, multas peregrinat.nes faciet, et erit sciens et animi parvus.
Si fuerit in 2.o inveniet letitiam ab hereditate, et erit largus.
Si fuerit in 3.o, filii eius coniugia in peregrinatione facient.
Si fuerit in 4.o pater eius obscurus erit.
Si in quinto habebit peregrinat.nem multam et filios multos.
Si fuerit in 6. egrotabit in peregrinat.ne.
Si fuerit in 7.o, extranea coniugia faciet.
Si fuerit in octavo idem.
Si fuerit in nono, erit in peregrinat.ne, vel via patris sui, et erit bonus operator, et habebit bonam fidem.
Si fuerit in X.mo, in peregrinat.ne inveniet quasi perpetuum, et lucrabitur ex tali aliquam.
Si fuerit in undecimo bonitas eius in peregrinat.ne erit, et erit longe vite.
Si fuerit in duodecimo malam credulitatem, vel fidem habebit, et in peregrinat.ne videbitur ingeniu.m ab initio.

Caput XVII. de significat.ne Domini Decimi in duodecim locis.

Si fuerit Dnus decimi in ascendente, significat bonitatem eius a Principib., et erit honoratus.
Si in 2.o, ex parte Principis congregabit substantiam.
Si in 3.o, significat bonitatem fratrum, et sororum eius.
Si fuerit in 4.o erit per cognitus ex bonitate eius.
Si fuerit in quinto, inveniet infirmitatem filiorum eius et malum.
Si fuerit in 6.o faciet consilium cum maiorib. Principum.
Si fuerit in 8.uo inveniet bonitatem uxorum eius ab eo.
Si fuerit in X.mo significat stabilitatem Principatus.
Si fuerit in undecimo, Principatum eius in infantia sua significat.
Si fuerit in duodecimo, faciet inimicitiam cum Principib. et semper erit in discordia Principum.

Caput XVIII. De significat.ne Domini undecimi in duodecim locis.

Si Dnus undecimi in ascendente fuerit, bonam conversat.nem exhibebit hominibus, et multos amicos habebit.
Si fuerit in 2.o significat bonitatem eius ab amicis.
Si fuerit in 3.o, erit in bono nomine fratrum eius et sororum.
Si fuerit in 4.o significat perdit.nem patris ipsius et malum ipsius.
Si fuerit in 5.o erit bonus in hospitio suo, et filijs suis.
Si fuerit in 6.o diliget malas, et turpes mulieres.
Si fuerit in 7.mo significat bonitatem eius uxorum et filiorum.
Si fuerit in 8.uo significat perdit.nem vicinorum, et amicorum eius.
Si fuerit in nono, coniugia peregrina faciet, vel extranea.
Si fuerit in X.mo amici eius ab eo bonitatem invenient.
Si fuerit in undecimo, honoratus erit, et dives, et exaltatus.
Si fuerit in duodecimo, erit infortunatus, et male vite.

Caput XIX. de significat.ne Dni duodecimi in duodecim locis.

Si

Si fuerit D͞nus duodecimi in ascendente, erit infortunatus, et mala uita, habebit multos inimicos, et oēs superabunt eum.
Si fuerit in 2ª. habebit paruam substam̄, et erit piger in operibus.
Si fuerit in 3ª. habebit inimicitiam cum fr̄ibus et uicinis suis.
Si fuerit in 4ª. signat malum et causam peregrinationem patris eius.
Si fuerit in 5ª, signat malum filiorum eius.
Si fuerit in 6ª. Signat malum quadrupedum, Sclauorum, seruorum et mercenariorum eius.
Si fuerit in 7ª. Signat malum uxorum eius, et mutuas inimicitias eorum.
Si fuerit in 8ª, inimicus eius laborabit ut eum occidat.
Si fuerit in nona, malam fidem habebit.
Si fuerit in Xma. à Principib. uidebit damna, et impedimenta.
Si fuerit in undecima paruam substantiam habebit et paucos amicos, et multos inimicos.
Si fuerit in duodecima, ab inimicis & occultis non timebit.

Caput XX. De significatione Saturni, quando fuerit in suis terminis uel aliorum Planetarum in Natiuitate.

Si fuerit Saturnus in termino suo, nato tribuit magnitudinem, & multas res, et de multis lucrum, sed erit infirmus et habebit potestatem à maioribus, et in seruitijs eorum, et in seruitijs religiosorum, et fidei cañ. oībus lucrabitur, et erit multum diues, et oēs ad eum pro consilio de diuersis rebus concurrent. Et si aspexerit eum fortuna, omnia supra augmentabunt, et si mali minuent.
Si uero fuerit in term.º Iouis, natus multa habebit, sed in iuuentute omnia amittet, et expendet, et erit tristis, magnum tñ nomen habebit et ipse, et domus eius, & seruitia eius erunt mediocria usque ad 38. annos, et exinde lætabit. in sua prole et in ea uidebit uoluntatem suam, et antequā nascat. et ab ipso nato uidebit multa bona, et in oā domo ubi nascet. erit homo habens uitium in oculo siue infirmitate, et plerumque erit illius substã, et postquam transierit 28um. annum, seruitia superabit priores nati erunt bonas et multas res permutabit, et inueniet magna seruitia. Et si aspexerit eum fortuna ab exaltatione sua, superadd. augmentabit.
Si fuerit in terminis Martis, ità demonstrat. via, qm̄ Parentes nati aduenæ sunt, et pauperes, et iste natus substam eorum expendet, et distrahet, Et propinquos in adulterium interficiet, aut percutiet cum ferro aliquem fr̄em, quem curabit medicus, et inueniet discordiam à pª. natiuitate, et postquam transierint anni huius Planetæ à natiuitate eius, et efficiet. tenex, transibit in seruitia religiosorum, et inuenient eum multi dolores, sed si aspexerint fortuna, liberabit.
Si fuerit Saturnus in term.º Veneris, ità uidet, qm̄ Natus infirmitatem multam in iuuentute habebit et morietur pater eius cum matre et habebit filios à duabus uxoribus, et inueniet litem pro uxoribus, et ad ultimum tamen gaudebit et congregabit filios propinquorum, & apparebit dolor in testiculis eius et non potest concumbere cum muliere et uidebit abundantiam mediocrem, et paupertatem quousque transierint anni Planetæ huius, et postea gaudebit cum propinquis et filijs suis, et erit in pº. loco. Et si aspexerint fortunæ, accipiet uxorem cum multa substã.
Si fuerit Saturnus in termino Mercurij, ut quod Natus inueniet litem pro mulierib., et uidebit filiorum mortem, et transibunt dies multi, et non impregnabit uxor eius, et postea pariet filiam, quæ uiuet quousque dabit ei maritum, et uidebit eius nuptias et generabit filios et filias. Et apparebit magnus

in conspectu dominorum, et non appropinquabunt eum, et ab eis quidam habebunt magnum nomen, et pro opibus manuum eius honorabunt eum homines, et habebunt eum bonum. Et inveniet lisem à Principib., vel maiorib. et efficiet egenus, ne habeat aliquid, et in eodem capiet. Sed si aspexerint fortuna liberabit.

Caput XXI. De significatione Jouis in suis uel alior. terminis.

Jupiter si fuerit in terminis suis, natus erit super magna servitia, et videbit filios filiorum suorum. Et quandocunque intraverit Jupiter in terminum suum, inveniet subitum, et confidet ei maiores, et supra manum eius non ex alia manus in ipso servitio, et inveniet subitum à negociatione, et custodiet domum patris sui, consolabit. et adiuvabit eam.

Si fuerit in termino Saturni, inveniet dolorem capitis, et capiet ab hostib., et pecunia ab his redimet. et inveniet diversa, et utilitatem à negociatione, et inimici eius non habebunt uires, et exiet, vel inveniet addere secretis mulierum, et gaudebit in uxore, et filijs, et quandocunque intraverit Jupiter in term. Saturni, vult videre subitas suas diligenter. Et si aspexerint eum fortuna liberabit. à supradictis. Et si fuerit fortuna illa in domo sua erunt illius servitia aperta, et inveniet veritatem à maioribus. Utilitas, vel opus ministrorum eius non erit aequale usque ad septem annos.

Si fuerit Jupiter in termino Martis, inveniet malitiam multam et ab hostib. capiet, ac mala morte morietur, et ad aliquid cum ferro operandum colliget. et filius eius morietur et ipse morietur antequam filius eius nascatur. Et si aspexerint eum fortunae, minuent mala et generabit filium in senectute et videbit mortem eius.

Si fuerit Jupiter in term. Veneris, erit formosus, gravis et honestus, et accipiet honestam uxorem, et erit super servitia maiorum, et maior eius utilitas, et fortuna à negociatione erit. Et erit Jupiter servis, et ancillis qui honorabunt eum, et bonum, et homines de eo benedicent, et post eum, et custodiendo supellectiles in magnis divitijs erit, vel super magna servitia erit custodiendo supellectiles, et semper erit laetus, et circa finem vitae religiosus.

Si fuerit in terminis Mercurij, sive desiderabit libros diversarum religionum, et credulitatum, et diligent eum homines et magnificabunt, et inveniet fortunam ex proventu mulierum, vel ex aliquo certo, aut exercitio eius utilitatem habebit. Et non erit pauper, eritque super servitia credulitatis, eritque super servitia Principum sicut Princeps, et erit super castra, et habebit villas magnas, et erit sapiens, honestus, et religiosus, et operum eius finis semper erit utilis. Et si fuerit in domo sua supradicta omnia augmentabit.

Caput XXII. De significatione Martis in suis et alior. terminis

Mars si fuerit in termino suo, erit socius militum proventu avarus, et fiet quasi magnus, et homines habebunt gratiam in eum, et bona de eo dicant, et eius vita transibit per medium discordiae, et litis, et Rex super eum irascetur, sed liberabitur ab eo, et inveniet dolorem ex feminae et abundantia armis, et quia stat in medio proelio. Et si eum aspexerit fortuna, inveniet Principatum, et Reges de eo, et post eum erunt, vel ipsi bona verba dicant, et erit super magna servitia et super magnas res, et habebit multos inimicos, et finis operum eius, et vita erit bona et laudabilis, et faciet uxorem sua malitiam.

Si fuerit in termino Saturni, mortem filiorum, et propinquorum suorum videbit, et venena, vel toxicum ei propinabitur. Et si aspexerit eum fortuna liberabit. sed subitam patris sui destruet et inve-

niet

inueniet in caritate sua litem, et ibit in loca de quibus malitia ei cononget. Et qñ cumq' ingred: Mars in terminum Saturni inueniet litem, quousque transierint uires eius anni. Et tunc ueniet multa subst. ad manus eius, et generabit filios, et gaudebit, & propterea tribulabit. et ex ipsis plures mala morte morient'.

Si fuerit in termino Jouis, multa substã ueniet ad manus eius, et inueniet dolorem, et tribulatiõem & infirmatem et efficiet: stultus uel amens. Et si habuerit uxorem non impregnabit, et multas peregrinatiões faciet, et om̃ suã substã destruet et inueniet litem, et dolorem blasphemiarũ euentu, in quib. non peccauit, et intrabit in scandalum et rixas, et si asperint fortunæ, inueniet exaltatiõem, si mali humiliatiõem.

Si fuerit in term.o Veneris malam uitam habebit ab euentu mulierum, et accipiet uxorem ex euentu peti, et capient eum in com̃ concubitu peti, uel fornicatiões & accipiet fornicarias, et habebit eas, et habebit eas, et transibunt multi dies, et opa eius non erunt bona, et nihil boni faciet cum sua uxore et cum suis filijs, quoniam filij eius quos generabit paruuli morient'; deinde a mala uia in qua erat, conuertet: et expendet multam pecuniam in mulieribus, et in fide sua non permanet, et efficietur insanus ex euentu mulierum, & capiet, et dabit: in f dam. Et multas peregrinatiões faciet, et accipiet uxorem sibi inæqualem et tristem. Et si fuerit Mars in domo Veneris, quicquid ei acciderit ex bono uel malo erit mixtum. Quicumque u.o intrauerit Mars in terminus Veneris uult proficere, uel uidere sua ipsius.

Si fuerit in termino Mercurij, commissarius erit, uel simile offitium habebit, et multa diuersa, et de eo nullus bene loquet: et de omni quod fecerit Inimici eius eum accusabunt, et multa bona habe ex officio quod exercet, et in offo suo non est ipse solus, et semper irascit: cum uxore, et filijs, et haec in loco illius alium quærent, et ab eo auertent. Et si asperit Martem fortuna, liberabit a oibus istis malis.

Caput XXIIj. De significatione Solis, in suis et aliorum terminis.

Si fuerit Sol in term.o Saturni, multum uiuet et erit fortunatus. Et si filios habuerit similiter erit et erit quasi Princeps in domibus Regum, uel Iudex, et eius seruitia oia erunt apta, et gaudebit super filijs suis.

Si fuerit Sol in termino Jouis erit quasi Princeps, et auro et argento uestiet: et timebit Deum, et adorabit multum, aut erit magnus Negociator et finis seruitiorum eius bonus.

Si fuerit in terminis Martis erit ardenti aio et cito irascet: et erit fortunatus, et faciet iter per mare et a collisione ferri inueniet discordiam, & malam infirmitatem. Et si asperit Solem aliquod infortunium, portarius erit hospitij in quo orat:, aut erit quasi commercarius uelox. Et si asperit fortuna liberabit: ab eis.

Si fuerit in terminis Veneris, semper erit lætus, et diliget mulieres, et in seruitijs mulieris erit, et quæret uel accipiet uxorem ex propinquis, et erit in loco maiorum fidei, et semper erit in eo loco, et appropinquabit eo et operabit: bona opera, et quib. inueniet mercedem peregrinantium pro Deo, et adsciscet aliquid de scientijs, et ubicumque ambulauerit, opa eius bona erunt, et substa eius abundabit.

Si fuerit in terminis Mercurij, uita eius erit ex scriptura et erit quasi Medicus, et erit fortunatus, ac recta loquens, uel Iuridicus, et erit inter Reges.

Caput XXIIIj. de significatione Veneris in suis: uel aliorum terminis

Si fuerit Venus in termino suo, gaudebit ex mulieribus, et filijs, erit quasi conciliarius,

et erit quasi dominus super servos et ancillas, et erit cor eius bonum erga eos, et erit in loco reli:
giosorum, vel sacerdotum, et erit quasi Episcopus super sacerdotes, et magnificabitur ubicumque fuerit, et eunti:
tibus eius bene erit, et habebit bonos filios qui erunt fortes, et quandocumque intraverit Venus in ter:
minum suum, erunt eius servitia bona, et laici eum magnificabunt.

Si fuerit in terminis Saturni, inveniet dolorem capitis ab eventu mulierum, et quaeret vel accipiet mulierem
loquacem, iracundam, superbam et contumacem, et stabit multos dies sine uxore, et postea accipiet unam
mulierem, aut inferiorem ipso, aut vilem, et videbit parum commodi, et quandocumque intraverit Venus in term.
Saturni, mundabit: et non faciet turpia, vel vilia: et si asperxerit cum fortuna vel malos quicquid eum
inveniet ex bono et malo erit mixtum.

Si fuerit in term. Jovis, erit sapiens, et gaudebit in omni opere quod faciet, et erit supra Ecclesiam et varias
possessiones, et erit audacis et firmi cordis, clarus et ornatus et erit super religiosorum locorum, cognitus
Principibus, et Regibus, eritque uxor eius bona et sapiens, et finis operum eius bonus et lauda:
bilis.

Si fuerit in terminis Martis, habebit dolorem in augmento mulierum, et erit fornicator, et in fornicatione
erit doctus. Et inveniet dolorem ex eventu ancillae vel sclavae, et litem a mulieribus, et ex eventu libe:
rorum suorum inveniet dolorem capitis, quia sunt [illegible]. Habebit autem litem a ferro, et dolorem,
loquetur multa mendacia, et maior eius fortuna ex latrocinio erit, et ex eventu mulierum erit eius
mors. Et quandocumque intraverit Venus in terminum Martis, erit mundanus quasi a malis. Et si fuerit
Venus in hospitio suo, quicquid ei inveniet ex bono vel malo erit mixtum.

Si fuerit in term. Mercurij, videbit gaudium ab uxore et prole, et accipiet uxorem a qua videbit multa
bona, gaudebit quoque ab eventu operum insulatorum, et inveniet substantiam et confirmationem a Regibus,
et erit super servos et ancillas, et habebit praefecturam super turbam, et erit bonus scriptor, etiam
omnibus sciet aliquid boni, et honor eius altus erit, et quasi Judex et Judex in castro suo, et opera eius
erunt aperta, et audiebat eum in omni quod [illegible], et si qui aliquid mali in ipsum fecerint, damnum et
malum invenient. Et si fuerit Venus in signo suo, inveniet dignitatem magnam, et vita eius trans:
ibit per gaudia multis diebus. Et si aspexerit eam infortunium, superadditum minuet.

Caput 25. de significatione Mercurij in proprio, vel aliorum terminis

Si fuerit Mercurius in termino suo, erit altus, et habebit praefecturam in loco ubi scribuntur scrip:
tiones, et semper in peregrinatione versabitur, numquam erit pauper, habebit magnum nomen, et erit
[illegible] et [illegible], et erit levis, et non gravis, et docebit [illegible], et erit scriptor Principum
vel Regum, et congregabit substantiam ex scientia, et tarde gaudebit in ea, quia benefaciet et erit semper
in bona [illegible] sua, et videbit bona somnia, fiet autem dolorosus ex eventu mulierum, et postea
gaudebit.

Si fuerit in termino Saturni erit laetus pro virtute sua, et eveniet in ipsum et filios eius inimicitia, et videbit
mortem fratrum suorum, et transibit multos dies, et in [illegible] eius [illegible], et [illegible]
ex mulieribus, et stabit multos dies in peregrinatione, et fiet dives, et postea inveniet damnum,
et propinquus eius scandalum habebit, et ibunt in patrimonium ad principem, sed manus eius
erit fortior manibus eorum, et erit infirmus ab oculis, et transibit annos in gaudio et bonitate
et

et quandocumque intraverit Mercurius in terminum Saturni, vult mundificari.

Si fuerit Mercurius in termino Jouis, sciens et consiliarius erit vel Mercator, et erit exaltatus, et habebit magnum nomen, et erit in medio Regum, vel Iudicatum sicut Iudex, et erit super aulas et super seruitia Principum et Presbiterorum, et uita longa transibit ei in Laetitia, quousque vixerit pro eius, et homines volent seruire ei, et filij eius erunt Mercuriales consilio, et inimici eius debiles erunt ante eum.

Si fuerit in termino Martis habebit multam cupiditatem, et quia nascitur semper ei dolor et discordia, et opera eius non sunt bona, et inueniet damnum et dolorem capitis ex euentu ... et ... cerebrum eius et ipsa concumbet cum sua prole. Et cum Mercurius fuerit in sua domo, supradicta minorabuntur, et uult semper mundificari quandocumque intrauerit Mercurius in terminos Martis.

Si fuerit in termino Veneris erit bonus Presbiterorum et erit laetus pro filijs et uxore sua, eritque diues et consiliator consimilium suorum, et semper erit laetus in operibus suis, habens Imperium super Seruos, Sclauos, et aduenas, et si fuerit ex Presbiterorum fide, erit sciens in omni opere, et erit super seruitia Principum, et supra domos religiosas. Et mors in domo eius erit, et ex timore animae suae fugiet. Et si fuerit Mercurius in hospitio suo, transibunt dies eius in exaltatione et bonitate. Et si fuerit Mercurius in casu suo, opera eius erunt mediocria, et scit artes, et si aspexerint infortunae ex illis qui inuenerint artes.

Caput XXVI De significatione Lunae in suo aut aliorum terminis.

Si fuerit Luna in termino Saturni, inueniet litem ex mulieribus, et prole sua, et non accipiet uxorem nisi prius transiuerint anni Saturni, et quicquid uenerit ad manus eius destruet, quousque Saturnus Zodiacum percurrerit, et postea perueniet ad manus eius multa substantia, et gaudebit ab uxore et filijs, et transibit uita eius sicut conuenit.

Si fuerit in termino Jouis, fortuna eius maior a mercaturae et peregrinatione erit, et inueniet litem, et habebunt filij eius honorem in diebus eius, et sicut crescunt anni eius, sic crescit eius substantia, et transibit uita eius multos dies in senectute, et semper erit uita eius bona.

Si fuerit in termino Martis erit iracundus, et ardens in Ira, et opera eius erunt ab igne et ferro, et inueniet discordiam et damnum ab armis aut a quadrupedibus, aut a feris animalibus. Et si aspexerit fortuna liberabit a supradictis omnibus.

Si fuerit in termino Veneris erit bonus, et habebit exaltationem ex euentu fornicationis accipiet uxorem, et importune ager in domo sua, et ueniet in medio eorum separatio, et transibit super hoc, et faciet filios a duabus uxoribus, et accipiet uxorem sibi dissimilem, et inueniet multam substantiam sine lite, et habebit honorem a Principibus.

Si fuerit in termino Mercurij, erit bonus Scriptor, et habebit multas cogitationes et uoluntates in corde suo, et ex isto euentu inueniet utilitatem, et erit curialis, et super Scripta Principum, et scriptores eum habebunt magnum et clarum, et in scientijs accipiet, et habebit bonum sermonem et consilium, et finis operum eius bonus erit, si Deus voluerit. Finis libri. Mundolo de significatione

De Cogitationibus secundum Messalalam.

De cogitationibus et intentione refert, et dixit Messahala et constituas ascendens per gra=
dum suum et ipsa minuta, et duodecim domos ædificies. 3.bus aut modis fiunt Interrogationes. 1.o ut scias
cor de qua interrogat. 2.o quæ causa illum impulerit. 3.o ut scias utrum perficiat, an non, et quam finem
habitura sit. Cum ergo volueris hoc scire, scito primum significatorem suum quod narrabo tibi, cuius scia
est, ut aspicias ascendens, et dominum eius, ac lunam ac dominum domus eius, solem quoque, et
dominum domus eius per diem hora, ac partem fortunæ. Et separes eum qui habuerit plures au=
thoritates et in meliori loco fuerit: quod si non inveneris id quod dixi tibi aspice dominum ascenden=
tis, vel dominum exaltationis eius, et dominum termini ac triplicitatis eius et fac sic. Et scito quis ex
istis sit fortior in ascendente per multitudinem dignitatum suarum, et aspiciat, itaque ipsum constituas
significatorem si fuerit in bono loco. Ceterum bonitas loci est, ut sit in aliqua digni=
tatem suarum, aut in bono loco à sole, vel in angulis liber à malis. Operare ergo per eum qui
fuerit fortior, et habuerit plures dignitates, et fuerit in meliori loco. Et scito quod dominus as=
cendentis cum fuerit in ascendente, ipse erit dignior pluribus ceteris, quod si non fuerit in ascen=
dente, et fuerit in eo dominus exaltationis ascendentis, ipse solus erit significator, et dignior
et sic quam per multitudinem dignitatum videris fortiorem in circulo, etiam si non fuerit in ascendente,
vel in ceteris angulis, et fuerit fortior ceteris in signo. Et scito quid in singulis signis habeat dominus
ascendentis, in duabus horis efficaciæ, superest interrogantis multa: quod si dominus ascendentis
est significator omnium, tunc omnia interrogantis sub eodem signo vel bona, vel mala sunt significationem
domini ascendentis, sed non omnia. Similiter et luna iungitur alicui Planetæ per totam diem, vel
per magnam partem eius diei, et tamen significationes rerum in eadem fiunt diversæ, quia quædam eorum
efficiunt, quædam non. Quapropter necesse est nobis semper significatorem quærere. Scito igitur quis
sit significator, et dicam tibi, qui eligatur cum domino ascendentis scilicet ac Luna, ac domino domus eius
in nocte. Et à sole quoque in die et domino domus eius, et à Planeta qui fuerit in angulis, et
maxime in ascendente, vel medio coeli, qui fortior fuerit in signo. Et scito quod veracior inven=
tio est, quam habuit Interrogator in corde per unam diem et noctem vel plus. Cum ergo inve=
neris significatorem, et volueris scire causam interrogationis hoc est, unde orta sit interrogatio,
aspice à quo Planeta separatur significator intentionis. Et scito quod causa interrogationis fuerit na=
tura Planetæ, à quo significator separatus est. Et si volueris scire finem intentionis, scito
cui significator iungatur, et scito quod finis intentionis erit secundum significationem Planetæ cui iungitur.
Et nunc constituam tibi exemplum per quod universas interrogationes, et rerum significationes poteris scire,
si Deus voluerit.

Oblata fuit nobis interrogatio cuius ascendens fuit decimus gradus Tauri, et Venus domina eius in
Cancro in decimo quinto gradu in domo lunæ, et luna similiter in libra in domo Veneris in
decimo gradu, eratque luna peregrina, quia non erat in domo sua, neque in exaltatione

neque

neque in triplicitate, sed iungebatur Veneri ex quadrato aspectu, et erat recepta. Dominus quippe partis fortunae erat Saturnus qui erat in Leone peregrinus et receptus. Aspexi itaque omnes Planetas, et non inveni fortiorem Venere, quia ipsa erat Domina ascendentis, et erat in triplicitate sua. Aspexi itaque dominum domus in qua erat, et erat quidem in domo lunae; Incepi postea quaerere significatorem domus Veneris, quia Venus erat Domina ascendentis, quam inveni in libra, in sexta domo ab ascendente, et in quarto loco a significatore, qua erat Venus, et quia luna significat animum, novi per hoc quod vult interrogare de infirmitate matris et voluit scire de illius. Aspexi igitur a quo separetur luna, quae separabatur a Saturno. Novi igitur quod pateretur infirmitatem frigidam et siccam, volui quidem scire in quo membro esset infirmitas, et aspexi Saturnum in signo in quo erat, erat quidem Saturnus in prima facie Leonis, et Leo habet ex membris corporis stomachum, dixi quidem quod pateretur in stomacho. Cum autem vellem scire quem finem haberet iste morbus, aspexi cui iungebatur Luna, quae significabat intentionem et iungebatur Veneri, dixi quod liberaretur propter Venerem quae est fortuna, et recipiebat eam. Et cum vellem scire tempus liberationis eius, aspexi gradus coniunctionis, qui erant inter Venerem et Lunam et dixi quod liberaretur post tot dies, quot erant gradus, et ideo posui dies aequinoctii quia Luna erat in signo mobili; si posita esset in communi, ponerem menses, si fuisset in fixo, ponerem annos. Et si luna iungeretur Saturno, vel Marti, dicerem quod moreretur post tantum temporis. Et sic aspice in intentione, in multis, et in universis rebus de quibus interrogatis, hoc modo cognosces quem finem habebit. Et similiter constitue de tempore effectus omnium rerum secundum hoc exemplar et commisce significationem Planetarum cum significatione signorum, et patebit tibi res omnis intentionis, atque interrogationis secundum quod exposui tibi si Deus voluerit.

Et scito quod si esset Venus in loco lunae, dicerem quod quaerit de muliere; si autem tunc esset Venus in 7.ma dicerem quod quaerit de coniugio, et si esset in quinto, de filiis, In undecima de amicis; Et si esset Sol in loco lunae, dicerem quod interrogat de patre, et si esset in 10.ma de Rege. Et si esset in ascendente de aliquo principatu, In nona de fide; In 3.a de peregrinatione. Et si esset Mars in loco lunae, de fuga vel de latrone quaereret. Et si esset in ascendente significaret timorem, In 2.a latrocinium et ablationem, Et in 3.a fratrem, In quinta adversarium vel praegnantem; Et si esset Mercurius in loco Veneris, quaereret de epistola, vel de sapientia. Et si Iupiter esset in nona, dicerem quod quaereret de somnio. Verum iam antea exposui tibi quomodo misceas significationes Planetarum.

De interpretationibus secundum Messahalam.

Scito quod Astrologus potest errare quattuor modis, Primo cum fuerit Astrolabium falsum, vel si acceperit umbram in loco inaequali, vel in ligno tortuoso. Secundo cum interrogator nescierit interrogare, 3.o cum interrogaverit, nescit certum utrum recesserit iam Sol de medio coeli vel non. Quarto cum aequales fuerint infortitudines boni ac mali in probationibus, tunc poterit errare

ac decipi in fortitud[o] fortunae et nebus. In omni aut interrogat[ae], q[uae] pia libera fuerit ab huius[modi] difficultatib., si bene noveris significatorem, poteris veram iudicare et non errabis. Hec oportet per extimat[ionem] et noli iudicare per arbitrium tuum, absq[ue] ratione, q[uae] quia si feceris, rationem invenies. finis

finis